Tertium diluuium in thessalia
a moysi uel amfictione tempo
ribus fuit. qui tertius post cicro
pem regnauit · cuius temporib;
aquarum inluuies maiorem
partem populorum tessaliae
adsumpsit. paucis perfugia
montium liberatis. maxime
in monte parnaso. in cuius cir
cuitu deucalion — tunc regno
potiebatur. qui tunc ad se rate
bus confugientes susceptor.
per gemina parnasi iuga fouit
& aluit. a quo propterea ge
nus hominum graecorū fabulae
ex lapidibus reparatum ferunt.
ab eo propter hominum insi
tam cordis duritiam · sed &
flumina cum insolitas aucta
imbribus. ultra consuetudinē
uel diuturnitatem uel magni
tudinem redundant. multaq;
prosternunt & ipsa diluuiū
dicuntur, Sciendū autem
flumina cum supra modū
creuerint. non tantum ad prae
sens inferre damna. sed etiā
& aliqua significare futura.

# INCIPIUNT CAPITULA LIBRI XIIII · IDEST DE TERRA ET PARADISO ET PROUINCIIS TOTIUS ORBIS · DE INSULIS MONTIBUS · CETERISQUE LOCORUM UOCABULIS AC DE INFERIORIBUS TERRAE

I · DE ORBE
II · DE ASIA ET PARTIBUS EIUS ·
III · DE EURUPA ET PARTIB: EIUS
IIII · DE LIBIA ET PARTIBUS EIUS
V · DE INSULIS ET PROMUNTORIIS
VI · DE PROMUNTORIIS
VII · DE MONTIBUS CETERISQ: LOCORUM UOCABULIS ·
VIII · DE INFERIORIBUS TERRAE

I Terra est in medio mundi
regione posita. omnibus
partibus caeli in modum centri
aequali interuallo consistens.
quae singulari numero totum
orbem significat. plurali uero
singulas partes. cuius nomina diuersa
dat ratio · Nam terra dicta
a superiori parte. qua teritur.
humus ab inferiori. uel humida
terra ut sub mari.

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0413